

vi, & terra nova, in quibus justitia habi-
 tat, 2 Pet. 3. 13. quomodo & civitas no-
 va describitur Apoc. 21. 27. quod non
 intrabit in eam aliquod coinquinatum,
 aut abominationem faciens & mendaci-
 um. 2. Eoq; proinde modo, quo
 dicuntur foris esse canes & venefici &c.
 Ap. 22. 15. illi contra qui in cœlis &
 terrâ novâ habitant, exire ut videant
 cadavera virorum qui prevaricati fuerint,
 Es. 66. 24. ut tamen & chasma mane-
 at, de quo Luc. 16. 26. Quod, utrum
 vacuum quoddam sit, inter locum
 beatorum & locum damnatorum,
 sine creaturâ intermediâ; licet im-
 probabile non sit; sciri tamen à no-
 bis ac definiri nunc præcisè nec
 potest, nec opus est. Sed in eo poti-
 ùs unicè omnibus elaborandum
 est, ne in locum illum tormenti un-
 quam venire necesse sit: quando red-
 det Deus, unicuique secundum opera e-
 jus; iis quidem qui secundum patien-